

HEINRICVS LEO DVX SAXONIÆ.



HEinricus Leo filius fuit Heinrici Guelphonis ducis Saxoniæ & Bauariæ. Is post patrem multarum prouinciarum Germaniæ dux factus, ob plurimas uirtutes apud omnes in magna autoritate fuit. Cōtigit autem anno 1180. ut in expeditione Italica Fridericum Barbarosam grauiter offenderet, ita ut postea etiam Imperatorio senatum moveretur, atq; Bauaria & Saxonia excedere cogetur. Vnde is furori cedens se in Angliam ad Richardum sororium cōtulit, atq; ibidem per tres annos res maximas peregit, ita ut à rege illo duos Leones in suis insignibus suæ uirtutis testimoniu referret.